

Joachim Albinus Christophorus Hintze

## **Sexta Disputatio Feudalis De Iure Tam Vasallo Quam Seniori In Feudo Competente,**

Rostochii: Ferberus, 1621

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730879798>

Druck Freier  Zugang



SEXTA

26<sup>6</sup>

8

DISPUTATIO FEUDALIS

De

JURE TAM VAS-  
SALLO QVAM SENIORI  
IN FEVDO COMPETENTE,

Quam

DEO TER OPT: TER MAX: DANTE  
ET FORTUNANTE,

Consensu ac Autoritate Amplissimi Jctorum Ordinis  
in celeberrima Rosarum Academia,


PRÆSIDE

CLARISSIMO AC CONSULTISSIMO VIRO  
DN. JOACHIMO ALBINO  
J. U. D.

Publicè defendet

CHRISTOPHORUS HINTZ  
Memelâ Boruffus.


Ad diem 28. Martij, in Auditorio Magno, horis matutinis,



ROSTOCHII,

Typis AV GUSTINI FERBERI, Anno 1621.

R. U. Jur 1621 Albinus, Joachim/b



DISPUTATIO FEVDALIS VI.

DE

JURE TAM VASALLO  
QVAM SENIORI IN FEV-  
DO COMPETENTE,

Π Α Ρ Α Σ Κ Ε Τ Η .

**E**visceratis hæcenus causis Feudi essentiam constituentibus, modisq; illud acquirendi enodatis, præscriptæ methodi leges exposcunt, ut jam ante modos amittendi, de fine & effectu inde promanante, nempe de Jure tam Vasallo quam Seniori in Feudo competente, paucis divino Numine subnixi videamus. Primum itaq; de eo, quid Vasallus Seniori suo ratione Feudi debeat; Deinde quid Vasallo in re Feudali competat, agemus; Tum ad quid Senior Vasallo vicissim teneatur; Deniq; quid juris in re Feudali Senior habeat, oculo transeunte rimabimur. Clariss. Dn. Joan. Schneidw. Hoc jus Successioni ab intestato prætulit, de illo quinta, de hæc sexta sui tractatus Feudalis parte agens, an rectè & methodicè publica velitatio ordi Jevō dabit.

T H E S I S I.

**A**n te omnia Vasallus Seniori ad fidelitatem (a) tam animi quam corporis viribus (b) præstandam obligatus (c) est.

(a) quæ dupliciter in hoc jure sumitur; uno modo pro ipsa fide, sine qua Feudum esse non potest, sed quæ merito anima ac substantia Feudi dicitur c. un. §. 1. in fin. 2. F. 3. altero modo pro juramento, quo quis fidem illam præstandam san-

dam sanctè se obligat *c. un. 2. F. 4. c. un. 5. est*  
*& alia, in fin. 2. F. 24. Herm. Vult. lib. 1. de Feud.*  
*cap. 6. n. 3. Et in hac significatione triplicem*  
 agnoscimus fidelitatem, Subjectionis, Die Erb:  
 vnd Landthuldigungspflicht der Vnterthanen/  
 Domesticitatis Die dienst: Rahts: vnd Amps:  
 pflicht & Homagij sive Vasallagij Die Lehns:  
 pflichthuldigung / *Vid. Collegij Disput. 4. th. 16.*  
*lit. B. c. un. 2. F. 5. 6. & 7. c. 18. de forma. 22. q. 5.*  
 (b) non tantum in bello sed etiam in pace,  
*Herm. Vult. d. lib. 1. cap. 10. n. 21. Ludolph. Schrad-*  
*in tract. de Feud. part. 6. cap. 6. n. 6. adeo ut sem-*  
 per ea conditione Feudum concessum intelli-  
 gatur, si Vasallus fidelis Domino suo existat,  
 Das der Lehman seinem Lehnherrn hold/geirew/  
 vnd gewertig sey / *Andr. Knich. in tract. de investit.*  
*Pact. p. 2. c. 5. n. 7. (c) Hæc obligatio mutua &*  
 ab utroq; latere obligatoria, Feudum enim &  
 Dantis & Accipientis commodum concernit,  
*illius*, ut Vasallum ad servitiorum præstatio-  
 nem obstrictum habeat, *c. un. in fin. 2. F. 23.*  
*Hujus ut beneficio accepto fruatur. d. c. un. in*  
*fin. 2. F. 23. Hinc Dominus & Vasallus pari*  
*jure consentur ac Conjuges vocantur c. un. in*  
*fin. 2. F. 6. c. un. in fin. pr. 2. F. 58. Getreuer Herr /*  
*Getreuer Knecht / Herm. Vult. d. lib. 1. cap. 9. n. 84.*  
*Matth. Wesenb. in tract. de Feud. cap. 9. n. 2. proli-*  
 xè *Nicol. Intrigliol. quæst. Feud. 62. per tot. ubi mul-*  
 tas hujus regulæ exceptiones tradit.

## II.

Fidelitas illa Vasallitica, in Reverentia (a) Domi-  
 no exhibenda, ac in operis & servitijs (b) eidem præ-  
 standis potissimum consistit.

(a) quam ultro & proprio motu exhibere te-  
 netur *c. un. ibi* ) *Salva reverentia 2. F. 22. c. un. ibi*)

quam hu-

quam humiliter quam devotè 2. F. 23. Herm. Vult. d.  
cap. 10. n. 21. proficiscitur enim ex jure naturali &  
ex obligatione ad *Arvidag* l. sed et si. 25. §. con-  
suluit 11. vers. quamvis ff. de petit heredit. Domi-  
num igitur nec accusare c. un. §. item qui 2. vers.  
item si delator. 2. F. 24. c. un. §. similiter. 2. F. 33.  
nec famosa actione pulsare potest arg. l. sed  
si 10. §. Prator ait. 12. ff. de in jus vocand. Somsb. in tr.  
de Feud. part. 10. n. 49. Matth. Wesenb. d. tract. de  
Feud. cap. 10. n. 15. Helfr. Ulr. Hunn. in tract. de Feud.  
cap. 13. pag. 355. Henr. Bocer. in tract. Feud. de Fur.  
& Commod. Senior. lib. 1. cap. 2. n. 2. quia reve-  
rentiæ debitæ hoc adversatur; Sicut enim Li-  
berty persona Patroni, ita merito Vasallo Per-  
sona Domini sancta & honesta semper videri  
debet l. liberto 9. ff. de obseq. Parent. & Patron. præst.  
l. apud Celsum. 4. §. adversus. 16. ff. de dol. mal. &  
met. Except. Georg. Obrecht. in tract. de Feud. lib. 3.  
cap. 1. n. 7. Dn. Conrad. Rittersb. lib. 2. Part. Feud.  
cap. 1. quest. 7. Testimonij dictio similiter Va-  
sallo adversus Dominum non permittit, c. un. §.  
similiter. 2. F. 33. Facile enim fieri potest, ut illà  
Dominum oppugnare cogere, quod debi-  
tæ reverentiæ repugnat Georg. Obrecht. d. lib. 3.  
cap. 1. n. 9. Henr. Bocer. d. tract. lib. 1. cap. 2. n. 4.  
& seqq. Helfr. Ulr. Hunn. d. cap. 13. pag. 356.  
ubi Jacob. Cujacium epitheton, Modica dicti §. si-  
militer 2. in sequentem vers. transponentem re-  
prehendunt; Juramentum quoq; calumniæ  
Vasallus à Domino non exigit, c. un. §. in quib. 1.  
2. F. 33. Sicut nec Libertus à Patrono l. qui bo-  
na 13. §. sed si ejus 14. ff. de damn. infect. l. si Patro-  
nus 16. in fin. ff. de Furejurand. cui non resistit. l.  
jursurandum 34. §. qui jursurandum 4. vers. Hoc jus-  
jurandum ff. Eod. nam lectio Pandectarum Nori-  
carum, quæ etjam in Basilicis probatur in d.

vers. verior. *Helfr. Ulr. Hunn. d. cap. 13. pag. 357.*  
& *Dn. Conrad. Rittersh. d. lib. 2. cap. 1. quest. 12.*  
Num vero Vasallus Dominum suum citra revere-  
rentiæ læsionem absq; petiti prius veniã in jus  
vocare possit, dubium faciunt Feudistæ; Ne-  
gatiyam licet pluribus confirmare videantur  
post. *Specul. Zas. Oldendorph. & alios Henr. Bocer. in*  
*d. tract. de jur. & Commod. Senior. lib. 1. cap. 2. n. 34.*  
& *seqq. & Helfr. Ulr. Hunn. d. cap. 13. in pr. pag. 353.*  
Adfirmatiya tamen sententia verior atq; rece-  
ptior, tum, quia Vasallus non est de numero Per-  
sonarum, quæ sine venia actionem instituere  
nequeunt, tum, quia nec Civili nec Feudali jure  
de hoc quicquam reperitur constitutum, tum,  
quia hæc sententia in Camera Imperiali in cau-  
sa *Massow* contra Episcopum *Caminensem*, teste  
*Hartm. Hartm. ab Eppingen. Pract. observ. tit. de*  
*Feud. 54. obs. 44.* iudicando approbata *Andr. Geil.*  
*in tract. de pignorationib. cap. 15. n. 4. Joachim. Myns.*  
*cent. 4. obs. 92. tum,* quia etiam illa nostris Ger-  
maniæ moribus comprobata, *Joan. Fichard. in*  
*addit. ad comm. opin. Villalob. sub lit. V. in verb. Va-*  
*sallus sine venia, Dn. Ernest. Coelm. cons. 56. n. 15.*  
& *16. vol. 2. Joan. Borcholt. in tract. de Feud. cap. 10.*  
*n. 38. Henr. Rosenthal. in d. tr. Feud. cap. 5. conclus. 69.*  
*n. 5. in allegat. lit. H. Herm. Vult. d. cap. 10. n. 22.*  
ubi indistinctè hanc opinionem procedere tra-  
dit, sive de ipsa re Feudali, sine de re quali-  
bet alia iudicium intentetur (b) quæ tamen ip-  
sa quoq; ex reverentia & obsequio tanq; ex  
fonte promanant; Frustra enim fidem & reve-  
rentiam Vasallus iactaverit, si non re ipsa,  
præstatione servitiorum puta, eam declaret,  
sicut frustra fides in Deum iactatur, nisi per  
caritatem erga proximum demonstretur, ut  
inquit *Dn. Conrad. Rittersh. d. lib. 2. part. Feud. cap. 1.*  
*quest. 5.*

3. Servi-

Servitorum seu operarum Vafalliticarum duo summa sunt genera ; (a) Nam vel Militares sunt vel Paganicæ ; (c) Quarum illæ belli vel rixæ ; (d) Hæ pacis tempus (e) respiciunt ,

(a) ad hoc enim Feudum dari solet , ut Vafallus ejusq; heredes Domino fideliter servant. *c. un. in fin. 2. F. 23.* etjamsi in Feudi concessione de operis & servitijs præstandis nil sit dictum *c. un. §. firmiter. 1. 2. F. 55. Ludolph. Schrad. de Feud. part. 6. c. 6. n. 3. & seqq. (b) Henr. Bocer. in d. tract. lib. 1. cap. 4. n. 28. Dn. Conrad. Rittersh. d. lib. 2. cap. 1. quæst. 17. (c) c. un. in pr. ibi) si enim Dominus pralium campestre. 1. F. 5. c. un. in fin. ibi) vel in pugna suum Dominum dimiserit 1. F. 21. c. un. §. firmiter ibi) indicta publica expeditione 2. F. 55. c. un. §. præterea 2. in fin. ibi) ut Vafallus in festivis diebus vadat cum uxore sua ad Ecclesiam 2. F. 2. Dn. Conrad. Rittersh. d. lib. 2. cap. 1. quæst. 17. & quæst. 36. ubi etjam misti cujusdam generis operarum, quod de utroq; & belli & pacis tempore participat, meminit, ut cum Vafalli Imperatorem transalpizantem ad coronam suscipiendam comitabantur, quam Expeditionem Romanam vocant, nostrate lingua Ein Römerzug *c. un. 2. F. 54.* Qualescunq; verò sint operæ, Vafallus ad illas obeundas ultro se Domino offerre non tenetur; satis est si à Domino vocatus, non desit suis partibus *c. un. in fin. pr. ibi) nam si steterit 1. F. 21. c. un. §. etsi Vafallus & §. licet Vafallus 2. F. 26. c. un. §. ad hoc quantocumq; 2. F. 28. c. un. §. non cogitur 2. F. 37.* Sic & Libertus Patrono non nisi requisitus operas præstare tenetur *l. si quis 13. §. judicium 2. l. cum Patronus 2 2. in pr. l. quotiens. 2. in fin. vers. quia id agi ff. de oper. Libertor. Dn. Conrad. Rittersh. d. cap. 1. d. quæst. 17. Henr. Bocer. d. tr. lib. 1.**

lib. 1, cap. 4. n. 3. Si tamen Vasallus Domino ignaro vel scienti quidem sed Vasallum ad opem ferendam evocare non valenti ingens periculum imminere sciat, ultro & invocatus ei accurrere debet *d. c. un. in fin. pr. ibi*) nisi necesse fuerit. *d. c. un. d. §. licet, ibi*) Si tamen sciat. 2. F. 26. Sic quando statis diebus certoq; anni tempore Vasallus servitia debet, ea ultro & non vocatus præstat, siquidem tunc dies interpellat pro homine *l. magnam 12. in fin. C. de contrab stipulat.* (d) utrumq; in jure nostro Feudali Guerræ nomine venit, tam publicam enim quam rixam privatam illa significat *c. un. in pr. 2. F. 28. Francisc. Hotom. in Lex verb. Feudal.* (e) *vid. infra th. 6.*

#### IV.

Tempore Belli seu guerræ (a) Vasallus aut ipsemet in propria Persona, (b) aut per substitutum (c) suis sumptibus regulariter (d) adversus quemlibet, si Ligius, (e) aliàs Superiore (f) & Antiquiore (g) tantum Domino excepto Seniore adjuvare tenetur.

(a) Feudorum enim servitia regulariter sunt militaria sive equestria Ritterdienste / unde & passim Vasalli Milites vocantur *c. un. 2. F. 21. c. un. 2. F. 22. c. un. in pr. 2. F. 26. Vid. collegij Disputat. 2. th. 1.* In bello autem justo & in justa rixa Domino adesse eumq; adjuvare Vasallus debet *c. un. 2. F. 7. c. un. in pr. 2. F. 28.* In dubijs etjam causis non minus quam justis Domino præsto adesse cogitur Vasallus *d. c. un. in pr. 2. F. 28.* tum quia ad Vasallum non pertinet dubiæ causæ discussio sed potius obsequendi promptitudo, ut inquit *Bald. in d. c. un. in pr. 2. F. 28.* tum quia in dubio Persona Domini Vasallo sancta haberi debet *arg. l. liberto 9. ff. de obseq. Parent. & Parr. prest.* Si autem palam injusta sit belli causa, si-  
ve, ut

ve, ut *Feudista* loquitur in *c. un. in pr. 2. F. 28.* quando Dominus irrationabiliter guerram faciat, Vasallus Dominum tam ad defendendum quam offendendum adjuvare non tenetur; Nam quod nonnulli Vasallum etiam in causa belli manifestè injusta ad defendendum Dominum obstrictum esse statuunt, *Joan. Borholt in tract. de Feud. cap. 7. memb. 1. n. 45. Joan. Schneid. in tract. de Feud. part. 5. n. 101. Gothofr. Anton. Disput. Feud. 7. th. 6. lit. C. Hoc Georgio Obrecht. in Method. tract. de bello & re milit. & in d. tract. de Feud. lib. 3. cap. 4. n. 22.* quandam iniquitatem sapere ac in principia juris impingere videtur, tum, quia fides Vasalli promissa sese ad facinora non extendit, tum, quia nemo alteri in scelere patrocinium præstare compellitur, tum, quia magis ille peccat, qui opem fert peccanti quam qui principaliter peccat, *c. fides aliena 1. vers. non enim opem, 14. quest. 6. tum, quia per hanc indulgentiam iniquitati fenestra aperiretur.* (b) quando hoc expresse convenit, ut Vasallus in propria persona serviat, tunc enim substitutum mittere non potest, sed ipse met comparere & servitia exhibere debet, tum quia contractus ex conventionione legem accipiunt *l. 1. §. si convenit 6. ff. de positi, tum etiam, quia hoc casu industriam personæ Vasalli Dominus elegisse videtur l. inter artifices 31. ff. de solutione.* *Georg. Obrecht. in d. cap. 4. n. 25.* ubi plures habet hujus regulæ ampliaciones. *Henr. Bocerus in d. tract. ib. 1. cap. 4. n. 10. & seqq.* (c) modo Domino sit acceptabilis *c. un. §. si quis deceaserit 2. F. 26.* eleganter *Georg. Obrecht. in d. tract. lib. 3. cap. 4. n. 18. & seqq. c. un. §. firmiter 2. F. 55. c. un. 2. F. 99. c. un. 2. F. 100.* Si autem controversia inciderit an idoneum Vasallus miserit substitutum boni

P

viri arbi-

viri arbitrio locus erit, uti post alios tradunt  
Ludolph. Schrad. in d. tract. part. 6. cap. 6. n. 48.  
vers. quod arbitrio. Henr. Rosenthal. in d. tract. cap. 8.  
conclus. 24. n. 5. Et sanè minor 14. annis c. un. §.  
si quis decesserit 2 F. 26. Persona Ecclesiastica, ue-  
pote cui militaria servitia interdicta c. un. 2. F. 21.  
c. un. 2. F. 109. Item Foemina, cui publicis vi-  
rorum congressibus immisceri indecorum l. Fo-  
mina. 2. ff. de R. J. regulariter non nisi per substiti-  
tutum serviunt. Georg. Obrecht d. cap. 9. n. 19. &  
seqq. Imò si Vasallo vel in persona vel per sub-  
stitutum Domino servire commodum non fue-  
rit, dimidium reditus Feudi illius anni, in quo  
ad servendum vocatus fuit, Domino submi-  
nistrare potest, d. c. un. §. firmiter. 1. 2. F. 55.  
Nec hoc infringit apparens *απολογία* in c. un.  
in fin. 2. F. 40. ubi in Lombardia de modio  
12. denarios, in Theutonica terra tertiam par-  
tem fructuum Domino Vasalli dari jubentur;  
Nam illa lex Conradi per constitutionem Fri-  
derici I. correctæ, & æqualitas in Italia &  
Germania facta d. c. un. d. §. firmiter. 1. 2. F. 55.  
De jure vero Saxonum, Wann die Teutschen  
ein König kiesen, vnd der dann gen Rom ziehet /  
zu der Weihung / so seynd pflichtig sechs Für-  
sten mit ihm zuziehen / die die ersten in des Reichs-  
köhre seynd / der Bischoff von Metz / vnd der von  
Trier / vnd der von Cöllen / vund der Pfalzgraff  
von dem Rhein / der Herzog von Sachsen / vnd der  
Marggraff von Brandenburg / durch das / daß  
dem Vabst wissenlichen werde / des Königes rech-  
te Köhre: Auch soll damit ziehen ein jeglicher  
Mann / mit seinem Herren / der des Reichs Schut-  
gut von ihm zur Lehen hat / oder soll die Köhre lö-  
sen mit dem zehendē Pfundt des Zinses / den er jähr-  
lichen von ihm hat / etc. Vnd das nennet man den  
Römer

Nöthmergus ita est text. in *Lehnrecht. c. 4. Vid.*  
*supra ib. 3. lit. C. (d) c. un. insin. 2. F. 23. c. un.*  
*2. F. 40. d. c. un. §. firmiter 1. 2. F. 55. cum,* quia idi-  
psum, quod quis spondit, impendio suo præ-  
stare debet, *l. quod nisi 20. in pr. ff. de oper. libert.*  
*tum* quia etiam Liberti suis sumptibus Domi-  
no operas præstant *l. suo victu 18. ff. de oper. libert.*  
*Helfr. Ulr. Hann. d. cap. 13. pag. 365. Henr. Bocer.*  
*d. lib. 1. cap. 4. n. 112. Dn. Conrad. Rittersh. d. lib. 2.*  
*c. 1. quest. 33.* De illis tamen vir bonus ex quan-  
titate ac qualitate Feudi, impensarumq; ac ser-  
vitorum alijsq; circumstantijs variè statuet at-  
tentoq; imprimis eo, quod actum, & uno-  
quoq; loco usureceptum. *Henr. Bocer. d. cap. 4.*  
*n. 114. & seqq.* De jure Saxonico Vasallus suo im-  
pendio saltem per interstitium sex septimarum  
postea vero sumptibus Domini servit *Lehn-*  
*recht. d. cap. 4.* A qua tamen hodierna consue-  
tudine recessum est, qua Vasalli indistincte auff  
des Lehnherm Futter/Mahl/und Häuffschlacht oder  
zimliche vnd gewönlliche Besoldung serviant, uti  
post *Matth. Coler. decis. 82. n. 2.* testantur *Henr.*  
*Bocer. d. cap. 4. n. 117. & Joan. Schneid. d. tract.*  
*part. 5. n. 11. (e) c. un. §. contra omnes 2. F. 28. c. un.*  
*in pr. 2. F. 99. (f) qualis est Imperator vel Rex*  
*superiorem non recognoscens c. un. in pr. ibi)*  
*excepto Imperatore vel Rege 2. F. 7. c. un. §. insuper*  
*in fin. ibi) illud quoq; sancimus ut in omni sacramento*  
*fidelitatis Imperator nominatim excipiatur 2. F. 55.*  
*Harm. Pistor. quest. 47. n. 32. & seqq.* Subijciens  
quod Vasallus Domino adversus Imp. suppet-  
tias ferens eo ipso criminis læsæ Majestatis reus  
Feudū amittati (g) *c. un. §. contra omnes fin. 2. F. 28.*

V.

Contra tamen seipsum (a) suamq; Uxorem (b) uti  
P 2 indist in-

indistinctè contra Patrem & filium (c) Vasallus Domino militarem operam præstare non tenetur; De Fratре quid juris, an contra hunc Vasallus pro Domino pugnet, nonnulli subdubitant; Adfirmans opinio videtur veritati consentanea, (d).

(a) *tum*, quia charitas ordinata & bene instituta à seipsa incipit *l. Praeses 7. C. de Servit. & aqua tum*, quia nulli semet offendere licet *c. & si non licet 9. causa 23. quæst. 5.* cum nemo sit in membrorum suorum Dominus *l. liber homo 13. in pr. ad L. Aquil. tum*, quia in omni quantumvis generali oratione semper intelligitur excepta persona loquentis *arg. l. quicquid 10. in fin. ff. Comm. prædior. Dn. Conrad. Rittersh. d. lib. 2. cap. 1. quæst. 25. Henr. Bocer. d. lib. 1. cap. 4. n. 52. Helfr. Ulr. Hunn. d. cap. 13 pag. 367.* (b) *tum*, quia jure divino Vasallus & Uxor una caro *Genes. cap. 2. vers. 24. Matth. cap. 19. vers. 6.* Sicut igitur Vasallus non tenetur adversus seipsum juvare Dominum, ita nec adversus uxorem; *tum*, quia hoc repugnet individuae vitæ consuetudini, qua maritus & uxor sibi copulantur & ratione cujus maritus tam in adversa quam in secunda fortuna Uxori adhaerere tenetur. *Henr. Rosenthal. in d. tr. de Feud. cap. 8. conclus. 14. n. ult. Helfr. Ulr. Hunn. d. cap. 13. pag. 369. Henr. Bocer. d. lib. 1. d. cap. 4. n. 110. & seqq.* (c) adversus hos Vasallus vi juramenti, quod præstitit, Domino servire tenetur *c. un. 2. F. 7. c. un. §. contra omnes 2. F. 28. dummodè id fiat salvâ pietate & honestate & puta si prædictæ personæ patriam vel religionem oppugnent* *arg. l. minimè 35. ff. de relig. & sumpt. Frid. schenck. Bar. in d. 6. un. §. contra omnes. Henr. Rosenthal. in d. tract. cap. 8. conclus. 14. n. 5. Dn. Conrad. Rittersh. d. cap. 1. quæst. 26. Jacob. Cujas. quidam*

dem in d. §. contra omnes. Verba ista cancellulis inclusa & naturæ humanitatis conciliatricæ contradicentia, Et Patrem, delenda censet, tum, quod in veteri libero ea non reperit; Tum quod verus Interpretes ea non agnoverit. Verum *Franciscus Horom.* in comment. ad d. §. circa omnes. *Cujac.* testè reprehendit, & distinctionem superius allatam approbat; Et est certe d. §. non crudè uti sonat, sed civiliter accipiendus & ad honestatem & principia juris naturalis reducendus, uti rectè monet *Herm. Valt. d. lib. 1. d. cap. 10. n. 23.* Vid. *Collegij Disputat. 4. Coroll. 1.* (d) quam quoq; defendit *Uldar. Zas. in tract. de Feud. part. 7. n. 36.* ibiq; testatur se vidisse Nobiles fratres, quorum unus alterum in bello ceperit, cum diversorum Dominorum inter se pugnantium Vasalli essent, *Dn. Conrad. Rittersh. d. lib. 2. d. cap. 1. quest. 28.* Contrarium defendit post *Forner. Henr. Boier. in Disput. 16. class. 4. th. 24.* & novissimè in d. tract. lib. 1. cap. 4. n. 92. & seqq. Cujus tamen argumenta doctè refutat *Dn. Conrad. Rittersh. d. quest. 28.*

## VI.

Militares operas excipiunt officia Paganica, seu pæcata; ad quæ Vasallus Domino etiam obligatus; (a) Hac occasione non ineleganter quæritur, An Vasallus Dominum egenum alere? Item, an æs alienum ab ipso contractum exolvere? Deniq; an Collectam ipsi præstare teneatur? In prima quæstione Adfirmativam, (b) in secunda, (c) & tertia; (d) Negativam certis rationibus subnixi defendemus sententiam.

(a) nam intra annum & diem, quoties mutata Persona vel Domini vel Vasalli, investituræ renovationem petere *c. un. in pr. 2. F. 24. c. un. in pr. 2. F. 40.* Dominum ab hostibus captum dato

lytro redimere *c. un. §. item qui 2. vers. Item delator, ibi*) vel si cognoverit Dominum inclusam 2. F. 24. cum Paribus Curie sive Convasallis controversiarum si quæ inter Dominum & alios Vasallos inciderint, Judicem sedere *c. un. §. insuper. 2. in fin. vers. si vero inter Dominum 2. F. 55. & si quæ sunt similia facere tenetur, Vid. Dn. Conrad. Rittersh. d. cap. 1. quest. 42. & quest. 43. (b) quæ vult Domino egeno ac paupertate pressio ad dimidiam usq; fructuum ac reddituum annorum partem alimenta à Vasallo subministranda *c. un. §. firmiter 1. 2. F. 51. tum*, quia Libertus alimenta suo Patrono suppeditare tenetur *l. si quis à liberis §. 5. solent Judues ff. de agnosc. & alend.* adeo ut ob non præstita alimenta Libertus in servitutum revocari possit *l. alimenta 6. ff. Eod. tum*, quia & Donatarius inopem Donatorem alere jubetur *gl. & Dd. comm. in l. fin. C. de Revocand. donat. tum*, quia Vasallus Dominum incolumem servare tenetur *c. un. 2. F. 6. qui autem alimenta denegat, necare dicitur, l. necare 4. ff. de agnosc. & alend. liber. tum*, quia Vasallus in necessitatibus Domino succurrere cogitur *c. un. §. licet. 2. F. 26.* Major autem necessitas quam famis, quæ teste Josepho *lib. 6. de bell. Judaic. cap. 14.* omnium rerum clades atq; accerbitates superat, esse non potest *Dn. Conrad. Rittersh. d. cap. 1. quest. 40. Ludolph. Schrad. d. tract. part. 9. cap. 8. n. 11. & 13. Helfr. Utr. Hunn. d. cap. 13. pag. 376. Henr. Bocer. d. tract. d. lib. 1. d. cap. 4. n. 143.* ubi etjam obstantia argumenta prolixè removet. (c) *c. un. §. licet. 2. F. 26.* nam nec Filius pro Patre aut Libertus pro Patrono ratione debiti conveniri potest *tot. tit. C. Ne fil. pro patr. vel Liberi pro Patron. deinde Dominus cedendo bonis ex beneficio legis Julie semetipsum carcere liberare potest. l. i. C.*  
*Qui bon.**

*Qui bon. ced. poss. 41. Helfr. Ulr. Hunn d. cap. 13. pag. 375.*  
 (d) Nam Feuda onus militiæ ex natura sua annexum habentia Darvon' sic ihre mahn dienste leisten regulariter à collectis debent & solent esse immunia, quod longo & Legistarum & Feudistarum catalogo eleganter probat *Dn. Ernest. Cothm. cons. 3. n. 296. & seqq. vol. 4. Casp. Klock. disput. de Contribut. conclus. 37.* nisi hoc jus collectandi ex consuetudine vel præscriptione Dominus habeat *Petr. Heig. lib. 1. quest. jur. civil. & Saxon. quest. 18. n. 16. & 17.* Illis tamen collectis, quas extrema exigit necessitas, cuiusmodi sunt, quæ propter bellum Turcicum imponuntur, Die Türckenstewr Vasalli gravari possunt, à quibus ne privilegiati quidem immunes esse debent; uti hoc publico imperij Recessu in comitijs Spirensibus Anno 1544. habitis §. Und nemlich sollen alle vnd jede pag. 281. lat. 2. constitutum: Elegans hoc loci suboritur quaestio, an Princeps Vasallos pro filia sua maritanda collectare possit? Negativa sententia videtur verior; quam etjam ingeniosissimè post alios magno numero allegatos *Dn. Ernest. Cothm. d. cons. 3. n. 300. & seqq. vol. 4.* multis rationibus defendit; Nisi consuetudine, vel præscriptione vel Privilegio, vel pactis & conventionibus tale jus sibi acquisierit *Petr. Frid. Mind. lib. 2. de mand. cap. 44. art. 5. Petr. Gregor. Tholof. lib. 3. syntagm. jur. cap. 7. n. 11.* Vel deniq; ita pauper sit, & in eam necessitatem redactus ut præ inopia & egestate filiam elocare nequeat *arg. l. 1. ff. de lib. alend. Lipsens. Facult. cons. 36. n. 6. inter cons. German. vol. 1. Petr. Frid. Mind. d. cap. 44. art. 5.*

## VII.

Hactenus quid Vasallus Domino debeat vidimus;  
 (a) Dein-

(a) Deinceps quid juris Vasallo in re Feudali compe-  
tat vel denegetur, cognoscendum est: Vasallus in præ-  
dio Feudali non solum quasi seu utile dominium (b) sed  
etiam possessionem Feudi (c) habet.

(a) ubi si quid omissum, ex captibus Jurisjuran-  
di Vasallitij vel etiam ex ijs, quæ Deo dante  
proximâ disputatione de causis amittendi Feu-  
di proponemus, repetendum (b) *c. un. §. rei  
autem 2. F. 8.* Vnde etiam quasi Dominus voca-  
tur Vasallus, eiq; quasi vindicatio competere  
dicitur *in d. c. un. §. rei autem 2. F. 8. Francisc. Duar.  
in tract. de Feud. cap. 12. n. 1. Herm. Vult. d. cap. 10.  
n. 18. Dn. Ernest. Cothm. conf. 22. n. 92. vol. 3.* Ra-  
tione hujus juris ille omnes Feudi fructus tam  
naturales sive spontaneos, quam industriales  
sive manufactos & cura atq; cultura elaboratos  
*c. un. in fin. 2. F. 23. c. un. §. his consequenter 2. F. 28.  
c. un. in fin. pr. 2. F. 40. c. un. in pr. ibi) sed in fructi-  
bus si quos reliquit. 2. F. 45. c. un. §. firmiter. 1. 2. F. 55.  
c. un. 2. F. 86.* Item meliorationes & incremen-  
ta consequitur *c. un. §. e contrario autem. 2. F. 8.  
c. un. §. si Vasallus 2. F. 28. c. un. §. si quis de man-  
so 5. 1. F. 4. Georg. Obrecht. d. tract. d. lib. 3. cap. 7.  
n. 2. & seqq. ubi n. 24. distinguit inter incremen-  
tum naturale vel industriale, & hoc in separa-  
bile & in inseparabile. Dn. Conrad. Rittersh. d.  
lib. 2. cap. 2. quest. 2. & quest. 3. Henr. Bocer. in d.  
tract. lib. 2. cap. 2. n. 2. & 8. Thesaurus in Feudali  
fundo inventus, si ipsemet Vasallus illum re-  
pererit, inter eum & Dominum, Tertio inve-  
niente, inter Dominum & inventorem divi-  
pendus, erit. *arg. §. thesauros 39. Inst. de R. D. l.  
un. C. de Thesaur. Harprecht. in d. §. Thesaurus n. 17.  
& seqq. Inst. de R. D. Henr. Bocer. in d. tract. de Jur.  
& commod. Vasall. lib. 2. cap. 2. n. 32. & seqq. & in  
tract.**

tract. de Regalib. cap. 3. n. 181. & seqq. Helfr. Ulr. Hunn.  
 de tract. t. 12. pag. 319. (c) c. un. §. fin. ibi) in va-  
 cuam possessionem 2. F. 7. c. un. §. quamvis enim. fin.  
 ibi) possessio per beneficium ad eum pertinet 2. F. 8. c.  
 un. §. si facta ibi) Dominum possessionem Feudi, de quo  
 investituram fecit, tradere compelli. 2. F. 26. Quæ-  
 nam vero hæc possessio sit acriter inter Feudi-  
 stas disputatur; Nos Vasallum prædium Feu-  
 dale naturaliter, at ipsum Feudum, id est, jus  
 utendi fruendi civiliter, Henr. Bocer. d. tr. lib. 2.  
 cap. 1. n. 7. & seqq. Helfr. Ulr. Hunn. d. tract. cap. 12.  
 pag. 317. Dominum vero ipsum prædium Feu-  
 dale civiliter possidere putamus, Henr. Rosenthal.  
 d. tract. de Feud. cap. 8. conclus. 60. n. 13. & ibi in  
 addit. sub lit. N. Francisc. Duar. in d. tract. cap. 19. n. 6.  
 Dn. Ernest. Cothm. conf. 91. n. 1. & n. 19. vol. 2.

### VIII.

Habet quoq; Vasallus liberam de re Feudali alium  
 subinfeudandi, (a) invito Domino Feudum refutan-  
 di (b) ac de illo liberè transigendi (c) potestatem.

(a) Vasallus enim Feudum vel totum vel ali-  
 quam ejus partem alij in Feudum etjam absq;  
 Domini consensu legitime concedit, Germa-  
 ni dicunt Ein Afferlehn/zum Afferlehn ansetzen  
 c. un. §. sed etjam 1. vers. per Feudum tamen. 2. F. 3.  
 c. un. in pr. vers. si vero totum 2. F. 9. c. un. §. bena-  
 ficium 2. F. 26. c. un. §. similiter 2. F. 34. Tria au-  
 tem in hoc actu subinfeudationis necessaria;  
 I. ut fiat non in præjudicium Domini, sed syn-  
 cerè, bonà fide & sine fraude d. c. un. in pr. vers.  
 si vero 2. F. 9. II. Ut Æquali detur vel melio-  
 ris conditionis non deterioris, veluti si Vasal-  
 lus miles, cui Feudum datur, similiter Miles  
 sit, necesse est, d. c. un. §. beneficium ibi) dum ta-  
 men Militi detur 2. F. 26. d. c. un. d. §. similiter. 2.

Q

vers. in

vers. in Feudum tamen rectè dabit. si secunda persona sit miles 2. F. 34. III. Ut eadem lege & pacto, quibus Feudum concessum, rursus concedatur c. un. d. §. similiter. 2. vers. Profecto ille qui suum beneficium. 2. F. 34. Joach. Myns. cent. 1. obs. 62. Dn. Conrad. Rittersh. d. lib. 2. cap. 2. quest. 12. Georg. Obrecht. d. tr. lib. 3. cap. 10. per tot. Henr. Rosenb. d. tr. cap. 9. memb. 1. conclus. 43. n. 1. & in addis. sub tit. C. Henr. Bocer. d. tract. lib. 2. cap. 6. n. 58. & seqq. ubi etiam Francisc. Hotomannum subfeudationem jure novissimo propter constitutionem Friderici I. Barbarossæ illicitam in Disput. Feudal. cap. 37. docentem eliminat. (b) Refutare Feudum, quod etiam Feudista in c. un. 2. F. 49. finem de Feudo facere vocat, nihil aliud est, quam Feudum alij cedere, renunciare & remittere, nostrate lingua Die Lehn auffsaen oder aufflündigen; Et hæc refutatio, si Feudum fuerit Paternum, proximo Agnato absq; Domini consensu fieri potest c. un. in fin. vers. quia Vasallus etiam sine Domini voluntate rectè Feudum refutare potest. 2. F. 38. c. un. 2. F. 49. Dn. Ernest. Corhm. cons. 23. n. 53. & seqq. vol. 1. Georg. Obrecht. in d. tract. lib. 3. cap. 11. n. 7. & n. 10. Helfr. Ulr. Hunn. d. cap. 12. pag. 340. Agnato remotio, i facta refutatione Proximior adversus eū jus ~~regni~~ sive Retractus, quo possit ei Feudum evincere, habet, aliquando refuso aliquādo nullo reddito pretio. c. un. §. Titius filios 2. F. 26. Riffor. lib. 2. quest. 5. per tot. Henr. Bocer. d. tract. lib. 2. cap. 6. n. 46. & seqq. Herm. Vult. d. tr. d. cap. 10. n. 77. Henr. Rosenb. d. cap. 9. memb. 1. concl. 52. n. 15. Dn. Conrad. Rittersh. d. cap. 2. quest. 26. (c) dum bonâ fide & probabili timore litis transigat c. un. §. si Vasallus de beneficio 2. F. 26. c. un. 2. F. 43. Herm. Vult. d. cap. 10. n. 89. Matth. Wesenb. d. tract. de Feud. cap. 11. n. 7. Aliqui distinguendum pu-

dum putant inter transactionum diminuendi vel decidendi causa factam, illam Vasallo dene-  
gant, hanc concedunt, *Joan. Borcholt. in tract. de Feud. cap. 8. n. 48. Ludolph. Schrad. in d. tract. part. 2. cap. 1. n. 43. & seqq. Henr. Boer. d. tract. lib. 2. cap. 6. n. 220. & seqq.*

## I X.

Omnis tamen Feudi alienatio, (a) omnisq; Feudi testamentaria dispositio, (b) Vasallo interdicta; Hinc ille Feudum donare, (c) permutare, (d) in dorem dare, (e) vendere, (f) pignori (g) concedere, vel servitutum (h) imponere prohibetur.

(a) per quam intelligimus omnem actum, quo dominium vel jus aliquod transfertur *c. un. 2. F. 55. l. fin. C. de Reb. alien. non alien. l. privilegia 17. §. 1. C. d. SS. Eccles. Henr. Rosenth. d. tract. cap. 9. memb. 1. conclus. 6. per tot. Henr. Boer. d. tract. lib. 2. c. 6. n. 128.* Et hæc prohibitio propter Domini contemptum introducta; nam, teste Feudista, Dominum contemnere videtur, qui contra constitutiones Impy beneficium alienat, *c. un. §. deniq; in fin. 2. F. 24.* (b) *c. un. in pr. 2. F. 8. c. un. §. donare 1. 2. F. 9. Vid. Collegij Disputat. 5. th. 1. lit. C.* (c) *d. c. un. §. donare 2. F. 9.* donatio enim ab alienatione dependet *l. 1. ff. de Donat.* (d) quod Feudistæ vocant Cambire & ipsam permutationem Cambium Ein Wechsel *c. un. §. si quis 1. F. 22. c. un. in pr. 2. F. 25.* Est autem illa prohibita, quia species alienationis *N. 7. c. 5. l. 1. §. in alienatione 5. cum §. seq. ff. quand. de pecul. act.* (e) *d. c. un. §. donare 2. F. 9. Dn. Conrad. Rittersh. d. lib. 2. cap. 3. quest. 26.* (f) *c. un. in pr. ibid ut nulli liceat Feudum totum vel partem aliquam vendere 2. F. 55.* (g) *c. un. §. fin. 2. F. 8. d. c. un. in pr. 2. F. 35. Henr. Boer. d. tract. d. cap. 6. n. 158.* Et ideo si Vasallus alicui in specie domum & deinde omnia mo-

omnia mobilia & immobilia obliget, in illa generali obligatione Feudalia non comprehenduntur *arg. l. obligatione 6. ff. de Pignorib. Joan. Scharf. in l. fin. n. 23. C. de Jur. Emphyteut. (h)* nisi in suum tantum præjudicium *c. un. §. rei autem. in fin. 2. F. 8.* Hæc de alienandi Feudi facultate vel denegatâ vel interdum permiffa; Quomodo autem ob alienationem illicitam Vasallus Feudo mulctetur, disputatione sequenti de Amiffione Feudi, Deo dante, tractabitur: Hoc solummodo hic notatu dignum venit, quod, cum Feuda Nobilium ex inveterata consuetudine in hac nostra Megapoli æri alieno sint obnoxia, ea vendi ac alienari possint, videmusq; omnis generis ac conditionis Creditores in ea quotidie immitti *Vid. Dn. Ernest. Cothm. conf. 75. n. 34. & seqq. vol. 2. conf. 15. n. 1. & conf. 23. n. 156. & seqq. vol. 3.*

## X.

Hæc de Vasallo; Restat ut nunc de Seniore, cum ad quid is vicissim Vasallo obligetur, tum quid juris in re Feudali habeat, breviter videamus: Dominus igitur Fideli suo in omnibus illis, quæ Vasallus ipsi jurato promissit *(a)* vicem mutuam *(b)* licet injuratus *(c)* reddere debet, sicut Conjunx Conjungi *(d)*.

*(a)* ea, teste *Feudista in c. un. 2. F. 6.* sunt Incolu-me, Tutum, Honestum, Utile, Facile, Possibile; Quod si Dominus circa isthæc sex capita, quæ diligenter post *Ludolph. Schrad. d. tract. part. 6. cap. 6. per tot. Henr. Bocer. d. tract. d. lib. 2. cap. 5. n. 3. & seqq.* explicat, perfidum se ostenderit, feloniam committere dicitur, & Feudi jure privatur, proprietasq; ad Vasallum & ejus heredes pertinet *c. un. §. Domino 2. F. 26.*

*c. un.*

*c. un. 2. F. 47. (b)* Ex hac mutua sive reciproca fide, quæ inter Dominum & Vasallum versatur, illud fluit, quod Dominus omnem benevolentiam ac tuitionem Vasallo præstare debet *c. un. §. fin. in pr. 2. F. 39.* quod eum accusare, *c. un. §. item qui 2. vers. item si delator 2. F. 24. c. un. §. similiter 2. F. 33.* testimonium in ipsum dicere *d. c. un. §. similiter 2. F. 33.* & juramentum calumniæ ab ipso exigere non potest *d. c. un. §. In quibus 1. vers. quod etiam 2. F. 34. Vid. supra th. 2. lit. A. (c)* nam licet Vasallus Domino fidelitatem jurare cogatur in ipsa investitura, Dominus tamen compelli non potest ut vicissim Vasallo suo hoc præstet juramentum, *Henr. Bocer. in tract. de investit. cap. 4. n. 47. & in d. tract. de Jur. & commod. Vasall. lib. 2. cap. 5. n. 23.* Sicut etiam ad obsequium, reverentiam & servitia præstanda non est ipsi obstrictus. (d) Dominus enim est Vasallo Conjunctus quasi communi fidei vinculo conjunctus, uti recte *Jacob. Cujac.* explicat textum in *c. un. in fin. pr. 2. F. 58.* cui si fidem mutuan non præstat, non perfidus sed malefidus dicitur *c. un. in fin. 2. F. 6. Dn. Conrad. Rittersh. d. lib. 2. cap. 4. quest. 1. Georg Obrecht. d. tract. lib. 3. cap. 14. n. 6.*

## XI

Porro licet Dominus in re Feudali & proprietatem seu dominium directum (a) & possessionem civilem (b) habeat; Tamen illam sine Voluntate Vasalli alienare (c) nequit.

(a) quod interdum cum illo jure, quod Vasallus habet, consolidatur in Persona Domini, Feudo ei aperto; Interdum vero proprietas à Domino amittitur & incipit pertinere ad Vasallum *c. un. 2. F. 47. (b) Vid. supra th. 7. lit. C.*

(c) *c. un. in fin. 2. F. 27. c. un. §. Ex eadem. i. ibi*  
nec Dominus Feudum sine voluntate Vasalli ad alium  
transferat 2. F. 342 *c. un. §. 1. in fin. 2. F. 55. Joan.*  
*Schneid. tract. de Feud. part. 5. n. 132. & n. 134.* Sicut  
nec Vasallus invito Domino utile Dominium  
transfert *Vid. supra. th. 9.* Vasallus enim & Domi-  
nus ad paria judicantur *d. c. un. in fin. 2. F. 6.* Qua  
de causa cum olim Rex Gallix jus suum, quod ei  
in Ducatu Britannix competijt, in Regem An-  
glia transferret, Arturus Dux Britannix no-  
luit Regem Anglia quasi Dominum agnosce-  
re, *tum*, quia illa alienatio absq; ipsius consen-  
su facta, *tum* etiam quia putavit Regem Gal-  
lix jus suum in minorem transtulisse, uti post  
*Cujac. notat Georg. Obrecht d. lib. 3. cap. 15. n. 4.*

## XII.

Postremo deniq; Dominus ex natura contractus  
Feudalis ad quaedam solus, non etiam Vasallus obli-  
gatus; Veluti praestita fidelitate Fidelem in vacuum  
ipsius rei Feudalis possessionem (a) mittere, & ob mo-  
ram insuper omnem utilitatem (b) praestare, nec non re  
aliena (c) in Feudum concessa & evicta aliud ejusdem  
bonitatis & quantitatis Feudum dare compellitur.

(a) *c. un. §. investitura 2. F. 7.* nec praestando in-  
teresse liberatur, si ipsius rei tradendae facul-  
tatem habet *c. un. §. si facta 2. F. 26. Joan. Schneid.*  
*d. tract. Feud. part. 4. n. 11. & part. 5. n. 129. Vid.*  
*Collegij Disputat. 4. th. 6. lit. B.* (b) *d. c. un. §. inve-*  
*stitura ibi) omnem utilitatem 2. F. 7. Joan. Schneid.*  
*d. part. 5. n. 129. vers. Et tenebitur tunc Dominus* (c)  
non distinguitur, sciverit vel ignoraverit Do-  
minus rem alienam esse, semper de evictione  
tenetur *c. un. in fin. 2. F. 8. c. un. 2. F. 46.* In Va-  
fallo secus

falso secus se res habet, is enim sciens rem esse alienam, nisi speciali pacto sibi prospexerit, de evictione non agit, quia, ut inquit Feudista in c. un. 2. F. 80. in acquirendo habuit malam fidem Vid. Collegij Disput. 3. th. 17. lit. D.



## Corollaria.

### I.

**Q**uamvis Nobilis Vasallus Ein Landtsasse qui ratione cujusdam ditionis Principi alicui Pontificia Religioni addicto subjectus ut alius immediate Imperio subjectus Pacificatione Religionis in Comitij Augustanis Anno Christi 1555 communi Electorum Ordinumq; S. Rom. Imperij consensu promulgata non comprehendatur, sicq; publicum confessionis Augustanae Exercitium in eam ditionem introducere nequeat; Queritur tamen, anne saltem in arce sua pro se, liberis & familia privatim verbi divini Ministrum habere, atq; ita domesticum religionis Exercitium sibi suisq; preservare poterit? Pro affirmativa sepicule in Camera Imp. pronunciatum testatur Petr. Frid. Mind. lib. 1. de process. cap. 30. n. 10. & cap. 31. per tot. quem sequuntur Oth. Meland. in comment. ad process. Noah, Meur. p. 2. sect. 12. in fin. Andr. Gylm, tom, 1. symph. supplic. p. 1. tit. 3.

tit. 3. vot. 2. n. 15. & 16. & vot. 5. n. 3. & 4. Just.  
Springer, in tract. de Pac. Relig. cap. 10. pag. 97.  
Henr. Andr. Cran, in Dissert. Juridico-Polit. de  
Constit. Religion. part. 1. problem. 2. *Quorum*  
*sententia quia melioribus ac aequioribus subfulta est*  
*rationibus & Nos eam arripimus.*

II.

*Cum hodierno jure Consuetudinario Jus Forestale Die*  
*Forstliche Obrigkeit ex Practicorum sententia juri Superior-*  
*ritatis Der Landesherrlichkeit/der LandesFürstlicher Obrige-*  
*keit annexum censeatur.* Thom, Michael, Disput. de Ju-  
risd. th. 51. Henr. Rosenth. in tract. de Feud. cap. 5.  
conclus. 94. n. 8. & seqq. Matth. Steph. in tract. de  
Jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 7. n. 432. *Hinc quaeritur, an gene-*  
*rali Territorij vel Jurisdictionis concessione illud jus Foresta-*  
*veniat? Negant* Henr. Rosenth. d. tract. cap. 5. con-  
clus. 11. n. 3. in addit. sub lit. C. & conclus. 94. n. 9.  
Ludolph. Schrad. in tr. de Feud. part 3. cap. 4. n. 47.  
*Imo concessa alicui per Principem una cum ipso territorio*  
*Venatione, solam tantum minorum Füchs / Hasen &c. non*  
*etjam majorum ferarum Des hohen vnd schwarzen oder*  
*groben Wiltprets indagationem secundum modernam Ger-*  
*mania consuetudinem Vasallo tributam esse testantur* Henr.  
Rosenth. d. cap. 5. d. conclus. 94. n. ult. Henr. Bocer.  
tract. Feud. de Jur. & commod. Senior. & Vassall. lib. 2.  
cap. 2. n. 102. & Petr. Heig. lib. 1. quaest. Jur. Ci-  
vil. & Saxon. quaest. 15. n. 56.

258

Disput. 7.


*c. un. 2. F. 47. (b)* Ex hac mutua fide, quæ inter Dominum & Vasallum, illud fluit, quod Dominus voluntiam ac tuitionem Vasallo habet. *c. un. §. fin. in pr. 2. F. 39. quæ res, c. un. §. item qui 2. vers. item c. un. §. similiter 2. F. 33. testatur dicere d. c. un. §. similiter 2. F. 33. tum calumniæ ab ipso exigere. un. §. in quibus 1. vers. quod etiam præ th. 2. lit. A. (c)* nam licet fidelitatem jurare cogatur in Dominum tamen compelli non debet. *Bocer. in tract. de investit. cap. 4. de Jur. & commod. Vasall. lib. 2. c. 1. tjam ad obsequium, reverentiam præstanda non est ipsi obstrictus enim est Vasallo Conjurati fidei vinculo conjunctus, ut Jac. explicat textum in c. un. cui si fidem mutuam non præstet sed malefidus dicitur c. un. in prærad. Rittersh. d. lib. 2. cap. 4. quest. d. tract. lib. 3. cap. 14. n. 6.*

XI

Porro licet Dominus in re rem seu dominium directum (a) solum (b) habeat; Tamen illam si alienare (c) nequit.

(a) quod interdum cum illo jus habet, consolidatur in Feudo ei aperto; Interdum a Domino amittitur & incipit Vasallum *c. un. 2. F. 47. (b) Vasallum*

2 3



the scale towards document

ca  
a-  
e-  
le-  
fa-  
24.  
im  
en-  
c.  
(su-  
no  
ra,  
cif-  
ur.  
ct.  
c-  
tia  
mi-  
nu-  
Ca-  
58.  
dus  
on-  
abr.  
proprietati-  
onem civi-  
ate Vasalli  
fal-  
ni,  
etas  
ad  
c.  
am.